

Hermann Christoph Engelken

**Hermann Christophori Engelcken, S. S. Theol. Doct. ... h. Academiæ  
Rostochiensis Rectoris, Programma Paschale De Evangelicis Salisburgensibus,  
Cum Christo Exinanitis Et Exaltatis, Qvo Ad Piam Festi Paschatos  
Celebrationem, Et Debitam Christi Exaltati Venerationem, Cives Academicos ...  
exhortatur**

Rostochii: Typis Io. Iacob. Adleri, [1734?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004017731>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

1734. Ostern.

A-1258. 227.

11.1234  
HERMANNI CHRISTOPHORI  
**GREGORI**,

S. S. Theol. Doct. Ejusque Prof. Publ.  
Ord. FCTatis Theol. Sen., ad AEd. Joh. Paſt.

h. ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
RECTORIS,

PROGRAMMA PASCHALE  
DE  
EVANGELICIS  
LISBURGENSIBUS, CUM  
CHRISTO EXINANITIS  
ET EXALTATIS,



AD PIAM FESTI PASCHATOS  
CELEBRATIONEM, ET DEBITAM CHRI-  
STI EXALTATI VENERATIONEM,

CIVES ACADEMICOS O. O.  
HONORATISSIMOS

serio excitat, ac pro officii ratione,  
exhortatur.

---

ROSTOCHII,  
Typis IO. IACOB. ADLERİ, SERENISS. PRINC. & ACAD.  
Typographi.

M. 1256 227

בשחכָה



Ertium, Cives O. O. Honora-  
tissimi! decurrente præsenti Aca-  
demici regiminis spatio, ad Vos meus  
dirigitur sermo. In recenti, Vobis,  
dubio procul, hærebit memoria, me,  
illucente amoeno Nativitatis Christi  
fæsto, cum præterlapsus senesceret An-  
nus, in conspectum vestrum Evan-  
gelicos adduxisse Salisburgenses, ostendendo, eos salutationem:  
Benedictus sit JESUS Christus, non vero hymnum natalitium: Bene-  
dictus sis JESU Christe, recusasse; Postea vero, succedente lu-  
etuoso tempore Passionali, quod memorie Servatoris patientis  
instaurandæ, prisca canæ antiquitatis consuetudine, dica-  
tum est, differuisse de iisdem Salisburgensibus, desperationem  
Christi patientis rite recteque negantibus. Nunc itaque, cum  
latissima Paschatos feria studiosam Christianorum cohortem oc-  
cipiunt hilarare, denuo commodam Vobis præbebo occasio-  
nem, ad laudatissimos Salisburgenses oculorum lumina refle-  
ctendi, idque eo majori faciam cum prolbio, quia in Re-  
lationibus Hamburgensibus, præclara Excell. DN. Prof. Koblii  
navitate, publicam aspicientibus lucem, (in den Hamburgio-  
schen Berichten von gelehrten Sachen) Ann. 1734. Num. 27.  
pag. 218, hanc operam, tanquam antecedentium argu-  
mentorum continuationem, eruditis haud displicituram  
esse, animadverti. Agere hinc in præsenti, læta tempestati  
me attemperaturus, constitui de Evangelicis Salisburgensibus,  
cum Christo & exinanitis & exaltatis. Hospes sane foret ac igno-  
rus primorum sacræ nostræ religionis elementorum, qui ne-  
sciret, JESUM, ante profundissime extinxit, postea infinito mo-  
do exaltatum esse, atque primum exaltationis Christi, quem vo-  
cant, gradum, scilicet gloriosam ex sepulchri tenebris resurre-  
ctionem, per feriarum Paschalium decursum, avidorum  
Auditorum auribus & animis instillari. Neque ignorare  
potest, qui sacrarum paginarum delicias aliquantis per degu-  
stavit,

stavit , perennibus' Servatoris amatoribus , cum Christo  
 exinanitis , exaltationem , cum Christo , promitti , aureaque  
 hac pollicitatione fessa eorum pectora demulceri . Ausculte-  
 mus Divum Gentium Doctorem Rom. IX. 17. : *Una* (cum Chri-  
 sto , cuius cohæredes sumus , juxta antecedentia hujus ver-  
 sus) patimur , ut etiam (una cum Christo) glorificemur (Luth.  
 auff daß wir auch mit zur Herrlichkeit erhalten werden) , item  
 2. Tim. II. 11. 12. : *Si una* (cum Christo , sincerae confessionis  
 caussa) morimur , etiam *una* (cum Christo) vivemus (vitam coe-  
 lestem) . Si (cum Christo , afflictiones gravissimas preferente)  
*sustinuerimus* (æqua mente afflictiones , propter nomen ac ver-  
 bum Christi) , etiam *una* (cum Christo) regnabimus . Geminum  
 in modum scribit beatissimus Apostolus Petrus I. Petr. IV. 13 :  
*Quemadmodum participes estis* (conformes ipsi patienti , gemino-  
 rum cruciatuum perpessione , facti) *passionum Christi* ; ( Sic )  
*gaudete* , ut in revelatione gloria ejus (in novissimo die futura)  
*gaudetatis exultantes* (gloriæ Christi pariter participes redditii).  
 En! in hisce excitatis dictis *exaltatio glorioſa* , seu æternæ bea-  
 titudinis fruitio , afflictis DEI filiis , gratuito promittitur ac  
 offertur . Negari interim nequit , *exaltationem quoque gratio-*  
*ſam* , in hâc misericarum valle fidelibus Christi Servis , non-  
 nunquam concedi , vi cuius ex profundis calamitatum flu-  
 etibus , summi Numinis ope , feliciter emergunt , ac intima  
 DEI refocillatione beantur , ita ut eam exaltatio glorioſa feli-  
 cissimis tandem excipiat auspiciis 2. Tim. IV. 18. Et hoc sen-  
 su numerosam Evangelicorum Salisburgensium partem exaltationis  
 divinae præmio , post præviam exinanitionem , instar Christi ,  
 mactatam esse & affectam condocere allaborabo . Præcedebat  
 nimirum statum exaltationis Christi infinitæ status calamitosissi-  
 ma exinanitionis . Nam prius oportebat pati Christum , & postea  
*ingredi in gloriam suam* Luc. XXIV. 26. , quippe qui se ipsum exi-  
 nanivit formam servi accipiens Phil. II. 7. , atque humiliavit se ipsum ,  
 factus obediens usque ad mortem crucis v. 8. , quapropter etiam  
*Spiritus Christi* , qui in Prophetis erat , prius testatus est de afflictioni-  
 bus in Christum , & iis , que post bac , gloriis , pariter atque ipse  
 Servator in secula benedictus Apoc. I. 18. *Fui* , ait , *mortuus*,

sed ecce, vivo ego in secula seculorum, Amen; Et habeo claves inferni  
 & mortis. Quodsi jam nostros Salisburgo exules firmo contem-  
 plamur obtutu, concernemus eos primum in profundissimo  
 exinanitionis pelago constitutos. Postquam enim salutatio-  
 nis formula: Benedictus sit IESUS Christus, à Pontifice hac fini  
 præscripta, ut Romano-Catholicorum turma à coetu Evange-  
 licorum discriminaretur, uti recusarent, cuius justas causas  
 exposuimus in *Programmate natalitio ante allegato*, mox, inver-  
 teratum juxta curia papalis morem, variis in eodem mo-  
 dis saevitum est. Primo quidem in foetidos conjecti sunt  
 carceres, verberibus durissimis excepti, aut aliis modis male  
 habiti. Ex multis, quæ doctissimus DN. Autor der ausführl.  
*Historie der Emigranten*, Part. I. p. 58. sqq., Part. II. p. 52. 104,  
 & alibi, coëgit, speciminibus, sequens in scenam afferre col-  
 libitum est, quod l.c. Part. I. p. 58. memorie proditum legi-  
 tur: Man holte Ruprecht Sculeben, einen Huff-Schmidt-Mei-  
 ster, in dem Gerichte Radstadt, Peter, einen Kirschner aus  
 Werffen, und Gap, einen Bauer in dem Gerichte Abtenau,  
 aus ihren Betten, man fesselte sie recht unbarmherzig, und  
 schlepte sie nach Salzburg, wo sie in hefliche Gefängnisse  
 geworffen wurden. Peter Holzegger -- musste an zwey  
 Krücken gehen, weil er um seine Füsse gekommen war, daß er die-  
 selben nicht recht gebrauchen konte. Diesen elenden Mann schlug  
 man unbarmherzig. Man band ihm Hände, und Füsse, und  
 zwar so feste, daß sie ganz erstarret waren, und keine Empfin-  
 dung mehr hatten. Man warff ihn auf einen Wagen, und  
 führte ihn nach Salzburg ins Gefängniß, wohin er von zwanzig  
 Mann Soldaten begleitet wurde re. Conf. DN. Muthmannum  
 in den Bewegungs-Gründen zur Mildthärtigkeit, apud  
 DN. Colerum im Supplement zu der Theologischen Bibliothek, Part.  
 XIII. p. 56. Cum vero hæc truculentiae genera mirandam  
 illorum constantiam, à Spiritu quippe roboris proficiscentem,  
 frangere nulla ratione possent, præterea etiam Status Evan-  
 gelici tam apud glorioissimum Imperatorem nostrum, quam  
 ipsum Archi-Episcopum Salisburgensem, Leopoldum Antonium,  
 vice plus simplici, pro ærumnosis fidei suæ Sociis interce-  
 dere

dere non pigrarentur, pacem Westphalicam (quam DN. Hoffmannus de juribus emigrantium propter religionem S. VII. p. 10, ex merito primarium salutis Germanicae munimentum nuncupat) fundamentum intercessionis ponentes; factum tandem est, ut initio, qui bonis, quæ vocantur, immobilibus destituti erant, (unangessene), ac annum atatis duodecimum jam impleverant, intra octo dierum, reliqui vero, bona istiusmodi possidentes, (die Angesessene) & quidem illorum ditissimi, intra trium mensium spatium, vi asperimi Decreti Archi-Episcopalis, apud Autorem der ausführl. Historie der Emigranten, Part. I. p. 94. sq., contra disertam quamlibet Pacis Westphalicae litteram. (monstrante DN. Hoffmanno l. c. S. 22. 23. p. 26 sq.), tota discedere juberentur regione. Quoniam itaque hac ratione priorum fuga in austera hyemis tempestatem, qua gelu artus constringuntur, campique nivium candore albiant, incidebat, cogitatu facile est, quam infinitos molestiarum, ærumnarum, miseriariarum casus, vel eapropter devorare coacti fuerint. Quam immisericorditer interim cum iis aëtum sit, Autor der ausführl. Historie, Part. II. p. m. 57. hisce edisserit verbis: Man jagte sie mit Gewalt fort, und ließ ihnen nicht so viel Zeit, daß sie die höchste Nothdurst mit sich nehmen konten, massen einige sehr schlecht bekleidet hieher (nach Halle) gekommen seyn, und nicht einmahl ein ganzes Hembde auf dem Leibe hatten. Der Chirurgus mußte einem althier (in Halle) die zurückgebliebene Schrotten ausziehen, welche er daher bekommen, als die Soldaten unter sie, wie unter unvernünftige Thiere geschossen. Neque mitiora fata manserunt posteriores, bonis præditos immobilibus, licet enim ad humillimas eorum litteras supplices, terminus emigrationis usque ad diem Georgii prorogaretur, uti videre est ex Edicto Archi-Episcopi, inserto der ausführlichen Historie P. II. p. 154; non poterant tamen intra breve illud temporis intervallum opes suas divendere, adeoque eas aliorum potestati relinquere, exitumque celerem meditari cogebantur, ne pristinis divexationum generibus, olim perpessis, nova succederent, prioribus forsitan graviora. Hinc solæ nonaginta

septem familie plus quam centum ac sexaginta duo millia florenorum in relictis numerabant. Audiamus Autorem Historie excitatum Part. II. p. 170.: Nur 97 Familien brachte der (Preußische) Commissarius zusammen, welche aus 384 Köppen bestanden. Er fragte sie um ihr Vermögen, welches sie hätten müssen zurück lassen, sie wiesen ihm ihre Tax-Briefe, in welchen ihre Verlassenschaft aufgezeichnet war. Daraus ersah er, daß sich dieselbe auf 162 tausend 266 Fl. erstrecke. Bey einigen hatte man nur etwas taxiret, und etliche konten gar keine Tax-Listen erhalten, weil sich ihr Vermögen alzu hoch beließ. Denn es waren Leute unter ihnen, die 6. s. 10. bis 15 tausend Thaler im Vermögen besessen. Drum konte sich auch der Erz-Bischoff nicht einbilden, daß sie einen so grossen Reichthum mit dem Rücken ansehen, und mit leeren Händen aus dem Lande wandern würden u. s. f. Compara Part. III. p. 30. 137. 163., & alibi passim. Quemadmodum autem dulcissimum Servatorem nostrum, præter injuriarum realium myriadas, infinitis quoque probrorum, convitiorum ac calumniarum spiculis appetitum accepimus, quippe qui mox ut blasphemus traductus est Matth. XXVI. 65, mox ut Erroneus Seductor dissimilatus Matth. XXVII. 63., mox ut obsecrus à Diabolo, denigratus Job. IIX. 48, mox ut Autor Seditionis proclamatus, Luc. XXIII. 2., ut pessima alia dictaria silentii populo involvam; Ita Christi Amici, Salisburgenses scilicet Evangelici, geminis affecti sunt offendiculum ac verborum atrocitatibus, dum mox rebellionis, in ipso Decreto Archi-Episcopi, ap. Autorem des Ackermäßigen Berichts Part. I. p. 69, mox perjurii, ib. p. 70, mox defectionis à fide Christiana, ib. p. 33sq. 49, mox gravissimorum, ac alienam à doctrina Christiana mentem indicantium, errorum, ( e. gr. quod S. Trinitatem inficiuntur. Christum non habeant filium DEI, eundem dicant in cruce desperasse, ap. Autorem der ausführlichen Historie P. I. p. 63. sqq. 86. sqq.) dicam iisdem sine fronte scriptam novimus, adeo ut non Christianorum, sed potius Arianorum, Socinianorum, Fanaticorum, imo Atheorum, nomen, si professos audis adversarios, innoxii promereantur Salisburgenses. Quomodo

modo hic exules nostri se gesserunt? Recta presserunt vestigia Servatoris mellitissimi. Hic contumeliatum velut mole circumvallatus, malum malo non rependit *1. Petr. II. 23.*, sed ardentissimis precibus infensissimos inimicos, Patris celestis gratiae commendavit *Luc. XXIII. 34.* Geminum in modum egregia patientiae, mansuetudinis, pietatis, documenta optimi ediderunt *Salisburgenses*. Nullum ne durum quidem verbum contra pristinum Dominum, Archi-Episcopum Salisburgensem, illis excidit. vid. die *Historie Part. III. p. 88, 157. sqq.*; Hostibus suis infensissimis bene precabantur, atque supplici mente pro iis apud DEum intercedebant. vid. die *Historie Part. II. p. 72.* Augustæ Vindelicorum aliquis Salisburgensem, injuria in eos composita carmina perlustrans ac legens, à quodam Augustano interrogabatur: *Quomodo nunc esset animatus ea affectus?* Sed promptum is dedit responsum, omnis expers bilis; *Nos, qui Doctrinam Christi amplexi sumus, juxta doctrinam quoque Christi vitam nostram componemus, quæ ita sonat Matth. V. 44: Diligite inimicos vestros, benedicite maledicentibus vobis &c.; Non valent sane nobis eripere verbum DEI, æ amoenum solatum Matth. V. 11: Beati estis, cum probris afficerint vos, & persecuti fuerint, dixerintque omne malum verbum contra vos, mentientes, propter me.* Hinc Minister Regis Prussiæ (der Preußische Commissarius) DN. Göbelius, homines hos sedatos plane ac probos insignivit nomine *Agnorum*. vid. die *Historie Part. II. p. 75.* Quantam de cætero constantiam, in retinendo doctrinæ Evangelicæ cimelio, commonstrarint, verbis satis exprimi nequit. Ad perseverantia hujus virtutem sancto se primum obstringebant vinculo, ita namque relatum legitur loc. cit. *Part. I. p. 49:* Sie verbunden sich untereinander, beständig bey der Lutherischen Religion zu verharren, und auf keine Art von derselben abzuweichen. Zu desto mehrerer Bekräftigung, beschwuren sie es mit einem corporlichen Eide, und sahnen ein Salz-Baß auf den Tisch, aus welchem ein jeglicher mit benächteten Fingern Salz nahm, und dasselbe verschluckte. Dieses nennen sie einen Salz-Bund, welchen sie heilig halten wolten, wenn sie auch ihr Leib und Leben

Leben darüber einbüßen müsten. Hocce inter se initum sanctum foedus nulla non solicitudine servare semper studuerunt, adeo ut fam mirandam constantiam in miraculis jure habeat *Autor der Emigranten Historie Part. II. in Präfat. p. 6.* Hinc nullis neque minis, neque promissionibus à confessione doctrinæ sanæ, in corde agnitiæ, absterrei se passi sunt. Cum enim e. gr. Clerici Romanenses Salisburgensibus persuadere cuperent, Lutheranos vorare homines, adeoque emigrantes vitæ jacturam necessario esse facturos, ac crudeli plane modo interfustum iri, illi intrepido plane animo vestigio regesserunt: *At in cœlis omne infortunium finem fortietur exceptatum.* vid. die *Historie Part. II. p. 95.*, ubi etiam sequens notabile legitur exemplum fœminæ cuiusdam mascula prædictæ virtute: Man fragte eine Weib-Person: Ob es denn nicht möglich gewesen, in ihrem Vaterlande zu bleiben? Sie sagte: Ja, wenn ich hätte wollen die Wahrheit abschwören. Ehe ich aber das thun wolte, wolte ich mir lieber lassen den Kopf vor die Füsse legen. Man fragte weiter nach: Ob sie denn nichts hätte von dem Thrigen heraus gebracht? Sie antwortete darauf: Nein, ich habe aber auch nichts in die Welt gebracht, und wil auch nichts wieder mit hinaus nehmen. Responsum cedro dignum, & infinitam hypocritarum catervam in ruborem dans! Verum enim vero, quos haec tenus in summa exinanitionis miseria conspeximus, Confessores Salisburgenses, jam quoque, quantum chartæ permittit angustia, contemplari debemus, ut à DEO clementissime exaltatos. Servatorem nostrum dulcissimum, exantlatis immensis qua animæ qua corporis, cruciatibus ærumnisque, superatis pariter doloribus, quibus expositus erat, infernalibus, caput gloriose extulisse *Ps. CX. 7.* ex angustia & judicio acceptatum *Ez. LIII. 8.*, ac ad dextram DEI exaltatum esse *Aet. II. 33.*, neminem Christianorum fugit, id quod etiam ex allegatis antea sacrarum Pandectarum testimoniis tam dilucide patet, ut in media luce oporteat cœcutire, qui inficias illud ire auderet. Parem fortunæ blandientis vicissitudinem optimi experti sunt Salisburgenses.

Æternum

Æternum nimirum Numen piorum afflictorum rationem habere assolet, ut quos deprimi sivit, postmodum benignissime exaltet, refocillet, recreet. Non enim deseret in aeternum Dominus. Quin si tristitia afficit, miserebitur tamen, juxta magnitudinem misericordiarum suarum. Non enim affixit ex corde suo, aut tristitia afficit filios viri, Thren. III. 31. 32. 33. Nonne Israëlitæ in Ægypto, onere molestiarn gravissimo, divina ope, felicibus liberabantur auspiciis? DEO dicente: Ecce clamor filiorum Israël venit ad me, etiamque vidi oppressionem, qua Ægyptii opprimunt eos. Jam itaque ito, ut mittam te ad Pharaonem, & educ populum meum, filios Israëlis ex Ægypto, Exod. III. 9. 10. Nonne piissima Hanna per magnas incommodorum procellas ex voto eluctabatur, ingeminans 1. Sam. II. 6: Jehova occidit & vivifi-  
aat, descendere facit in infernum, & adscendere facit? Nonne Jobus ex profundissimis calamitatibus undis tandem emergebat, Job. XLII. 10. Iac. V. 11. ? Nonné Apostoli sancti gloriati sunt 2. Cor. I. 9. 10. : Ipsi in nobis ipsis decretum mortis habuimus, ut non fiduciam haberemus super nobis ipsis, sed super DEO, qui excusat mortuos. Qui NB ex tanta morte (mortis periculo) eripuit nos, & eripit, in quem speravimus, quod etiam adhuc liberatus sit. Tam liberalem quoque ac beneficium se erga Salisburgenſes gessit benignissimus DEus, ut exaltationis amoenæ beneficio maectati sint, antea vehementer pressi. Licet enim patria extores juxta cum ignarissimis initio nescirent, quo eundum esset, cœlestis tamen Pater oculo vigili eos ex Salisburgenſi Ægypto eduxit, duxitque in terras Protestantium, ac Evangelicorum fidei consortium. Hem quantis ibi beneficiorum quasi cumulis non sunt obtecti cinctique? quam ditionum Evangelicarum incolæ non liberalitatis exercitio secum certarunt? Quantæ non pecuniarum collectiones, sustentationi Emigrantium inservitæ, variis in regionibus, urbibusque procuratae sunt? quas ex professo persecutus est Autor der ausführlichen Historie der Emigranten Part. III. Cap. I. p. 11. sqq. ubi p. 20. memoriae prodidit, solam Civitatem Dresensem summam ultra novem mille, sexcentorum, ac septuaginta sex thalerorum collegisse. Neque Rostochium nostrum officio suo defuisse idem testatur Autor, l.c. p. 17. hisce verbis:

B

Die

Die einzige Stadt Rostock hat 900 Rthl. nach Regensburg geschickt, daß sie in die Emigranten-Cassa überlieffert werden. Conf. DN. Muthmannum in den Bewegungs Gründen, apud DN. Colerum im Supplement zur Theologischen Bibliothec. Part. XIII. p. 58. Præsertim autem in Confessorum nostrorum felicitatibus numerari meretur munificentissima Serenissimi ac potentissimi Regis Borussiae, FRIDERICI WILHELMI, clementia, quippe qui & Exilibus, extra patriæ solum peregrinantibus, suam beneficentiam regiam pollicitus est, illorum nonnullos, Bostampii tum præsentes, sic compellando: Ihr sollt es gut haben. Kinder ihr sollt es gut haben, ap. Aut. der Historie Part. II. p. 61.; & in longinquo itinerum anfractu, quotidianam prospexit sustentationem, cuilibet Viro indies quatuor grossos, fœminæ, sex, & infanti tres, porrigi jubendo, uti ex publico patet Edicto, apud Autorem der Historie Part. II. p. 30.; & varias in ditionibus suis collectas fieri curavit, & quod omnino omnium maximum est, ipsam numerosam Emigrantum societatem, multis millibus personis constanter, in Regni Borussici finum gratosissime recipi decrevit, hac fini, ut ibi una habitarent, cultui divino, liberi à scrutis, superstitionibus, ac persecutionibus Papalibus, vacarent, labores ordinarios, ad victum amictumque acquirendum comparatos, peragerent, sive & animæ & corporis emolummentum sibi gratularentur. Auscultemus Autorem excitatum Part. II. p. 33: Thro Maj. der König in Preussen haben sich entschlossen, die Evangelischen Salzburger nicht zu trennen, welche sich in gedachtes Preussen begeben wollen, sondern sie beysammen wohnen lassen. Drum sollen ihnen neue Dörfer angebauet, und diejenigen Unkosten geschencket werden, die zu Anschaffung des neuen Hauses Geräths gehören. Sie werden zehn Freyjahre haben, und dasjenige Amt wird Salzburg heißen, wo sie sich häuſlich niederlassen. Conf. Part. I. p. 223. Quanta quoque animi regii ingenuitate Monarcha hicce de novis suis hospitibus, quoad aliquam partem, Berolinum delatis, gavisus fuerit, inde liquet, quia, cum adventus eorum Regi per litteras humillimas redderetur notus, is ipse propria manu sequentem in modum subscriptis: Es ist sehr gut,

gut, insimul plenus admirationis exclamans : Gott Lob,  
 was thut Gott dem Brandenburgischen Hause vor Gnade.  
 Es kommt dieses gewiß von Gott her! vid. l.c. Part.  
 II. p. 215. Neque vero Regia Majestatis Borussicæ clementia  
 in his haec tenus commemoratis acquevit, sed etiam pollici-  
 tationibus munificentissimis gratiosissime stetit, novos hosce  
 colonos in ditionem Borussicam cooptando, ibidemque illo-  
 rum & spirituali & corporali incolumitati consulendo, qua de  
 re comparari potest Autor cit. Part. III. Cap. IV. p. 229. sqq. Non  
 fugit nos, & in alias terras Exules nostros allectos esse, uti  
 patet ex DN. Coleri Supplement. zur Theologischen Bibliothec, Part.  
 XIV. p. 190. sq., adeo ut testibus Relationibus publicis, Ratisbonæ  
 conspectum sit Scriptum, foras datum, sub rubro: Kurze  
*Nachricht von Georgia in America, von dessen Climate &c.*, in  
 quo etiam privilegia recensentur, Protestantibus, illo profe-  
 turis, ibidemque domicilium electuris, concedenda. Plura  
 dubio procul de præsenti Emigrantum in variis, per quas  
 dispersi sunt, regionibus, conditione edisserit, edisseretque  
 Autor *Historia Emigrantum in promissa Continuazione*, quæ vero  
 ad manus nostras haec tenus nondum pervenit. Nil itaque  
 in præsenti addam, nisi votum ex intimis præcordiorum pe-  
 netralibus fusum, velit Deus Ter Optimus Maximus ab omni  
 veneno & falsæ doctrinæ, & impia ac hypocriticæ vitæ novos  
 hos Evangelii Confessores, ac genuina coetus Evangelico-  
 Lutherani membra, benignissime præservare, quo tandem  
 finem fidei suæ, vitam æternam, feliciter indepti, perenni  
 exaltationis fortuna in coelorum habitationibus perfruantur;  
 velit quoque eos, qui in Archi-Episcopatu Salisburgensi, aut  
 alibi locorum, adhuc latitant, ac religionis Papæ falsitatem  
 ac vanitatem in peccoris scrinio agnoscunt, Spiritu roboris  
 induere, ne five metu periculi, five amore deliciarum terre-  
 strium, a publica veritatis confessione amplius detineantur,  
 velit denique omnibus ac singulis, Babylone egredientibus,  
 divina suâ gratia cura ac protectione adesse, nobis vero, ju-  
 bare Evangelico, per DEI gratiam, collustratis, egregium verbi  
 depositum usque ad mundi finem paterne conservare.  
 Vos autem Cives O. O. Honoratissimi! quibus Evangelici Salis-  
 burgenses

burgenses considerandi propositi sunt, ut cum Christo exinaniti,  
 & exaltati, praesens Paschatos festum pio mentis ardore peragi-  
 te. Exinanite vos, quæso, humiliate vos, instar Christi, ut cum  
 Christo exaltemini. Ipse enim coelestis Chrysostomus, dulcissi-  
 mus noster Servator, præclara nos lactat promissione *Luc.*  
*XIX. 14.* : *Omnis humilans se exaltabitur.* Bene decantatissimus  
 Hippomensium Præsul, Augustinus, in *Psalmum CXXVI Opp. Tom.*  
*IIX. fol. m. 322. col. 4.* Surrexit, ait, lux nostra, Christus, bonum est  
 Tibi, ut surgas post Christum, non surgas ante Christum. *Qui surgunt*  
*ante Christum?* *Qui se volunt præponere Christo?* Et qui sunt, qui se  
 volunt præponere Christo? qui volunt hic excelsi esse, ubi humili ille fuit.  
 Sint ergo hic humiles, si volunt ibi esse excelsi, ubi Christus excelsus est.  
 Ait enim de iis, qui illi adheserant fide, in quibus & nos sumus, si &  
 nos puro corde in illum credimus, Pater, inquit, quos mibi dedisti, volo,  
 ut ubi ego sum, & ibi ipsi sint mecum. *Magnum donum, magna gratia,*  
*magna promissio, fratres mei, & quis non vult esse cum Christo, ubi est*  
*Christus?* Sed jam excelsus Christus est. *Vis ibi esse ubi est excelsus?*  
 Esto humilis, ut & ille humili fuit. Sedet jam in throno gloriæ  
 suæ JESUS noster, secundum humanam naturam ad dextram Pa-  
 tris electus *Marc. XVI. 19,* nam DEUS Pater suscitavit illum ex mor-  
 tuis, & sedere fecit in dextra sua in supracoelibus, supra omnem  
 principatum & potestatem &c. *Eph. I. 20. 21.* Ergo accedamus cum  
 confidentia ad thronum gratie, ut accipiamus misericordiam, & gratiam  
 inveniamus in opportunum auxilium *Ebr. IV. 16.* Deprecatum ve-  
 niamus humili mente ad eum, ut nobis benignissime ignoscat.  
*Ex osculemur filium, ne irascatur, & pereamus in via Ps. II. 12.* Erigi  
 nos patiamur ex sepulchro peccatorum, ac in novitate vita ambu-  
 lemus *Rom. VI. 4.* Sic Christus exaltatus nos clementissime ex-  
 altabit in hac vita periodo, dum vificabit nos post biduum, ac die  
 tertio eriger nos, ut vivamus coram ipso *Hos. VI. 2.* pariter atque  
 exoptata filiorum DEI felicitate condecorabit *I. Job. III. 1.*  
 Exaltabit pariter nos in altera vita, postquam mortale no-  
 strum corpus exuimus ac depositimus, ita enim aurea Chri-  
 sti verba sonant *Apoc. III. 21.* : *Qui vicerit, illi dabo, ut sedeat*  
*mecum in throno meo, quemadmodum ego etiam vici, & confedi*  
*cum Patre meo in throno ipsius.*

**P. P. SUB SIGILLO RECTORATUS IPSO PASCHATOS FESTO,**  
*Anno MDCCXXXIV.*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1004017731/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004017731/phys_0015)

DFG



gut, insimul plenus admirationis exclamans : Was thut Gott dem Brandenburgischen Haude. Es kommt dieses gewiß von Gott her! vi II. p. 215. Neque vero Regiae Majestatis Borussicæ in his haec tenus commemoratis acquievit, sed electionibus munificentissimis gratiosissime stetit, colonos in ditionem Borussicam cooptando, ibidrum & spirituali & corporali incolumitati consule re comparari potest Autor cit. Part. III. Cap. IV. p. 22 fugit nos, & in alias terras Exules nostros alleget patet ex DN. Coleri Supplement. zur Theologischen Bi XIV. p. 190. sq., adeo ut testibus Relationibus public conspectum sit Scriptum, foras datum, sub rubri Nachricht von Georgia in America, von dessen Clin quo etiam privilegia recensentur, Protestantibus electuris, ibidemque domicilium electuris, conced dubio procul de praesenti Emigrantium in variis dispersi sunt, regionibus, conditione edisserit, Autor Historia Emigrantium in promissa Continuation ad manus nostras haec tenus nondum pervenit. in praesenti addam, nisi votum ex intimis præco neutralibus fusum, velit DEus Ter Optimus Maximus veneno & falsæ doctrinæ, & impiæ ac hypocritica hos Evangelii Confessores, ac genuina coetus Lutherani membra, benignissime præservare, finem fidei suæ, vitam æternam, feliciter inde exaltationis fortuna in coelorum habitationibus velit quoque eos, qui in Archi-Episcopatu Salis alibi locorum, adhuc latitant, ac religionis Papæ ac vanitatem in pectoris scrinio agnoscunt, Sp induere, ne five metu periculi, five amore delici strium, a publica veritatis confessione amplius velit denique omnibus ac singulis, Babylone eg divina suâ gratia cura ac protectione adesse, nobis Evangelico, per DEI gratiam, collustratis, egi depositum usque ad mundi finem paternæ Vos autem Cives O. O. Honoratissimi! quibus Evar

B 2

